

Artykuł ukazał się w „Zeszytach Radomszczanskich” t. I, 2007, s. 56-82.

Tomasz Andrzej Nowak  
(Radomsko)

### **ZAPOMNIANY ANEKS Z I WYDANIA KSIĄŻKI ROMUALDA HUBE KOŚCIÓŁ PARAFIALNY STARY I NOWY W RADOMSKU**

W 1876 roku ukazała się książka *Kościół parafialny stary i nowy w Radomsku*. Ze strony tytułowej dowiadujemy się, że *podał ich opis i opowiedział ich historię Romuald Hube prezydujący w dozorze kościelnym*. Książkę wydano w Warszawie w drukarni Emila Skińskiego, mieszczącej się przy ulicy Elektoralnej nr 28. Cały dochód z jej sprzedaży miał być poświęcony na rzecz radomszczańskiego kościoła, świeżo przebudowanego. W 1993 roku staraniem Fundacji Inicjatyw Kulturalnych w Radomsku ukazał się przedruk tej pracy<sup>1</sup>. Popularnonaukowy charakter tego wydawnictwa spowodował, że wydawcy zdecydowali się na pominięcie znacznej części przypisów oraz „Dodatku” (takiego mian używał sam Romuald Hube) z dokumentami pisanymi po łacinie (jeden jest w języku polskim). W zamian dodano krótki biogram autora.

Inicjatywa przedruku książki odniosła bez wątpienia sukces. Drugie wydanie jest w rękach licznych radomszczan, wzbogaciło także zasoby wielu bibliotek. Upoływ czasu powoduje jednak, że pierwsze wydanie pracy Romualda Hube, wzbogacone o wspomniany wyżej aneks źródłowy, staje się coraz mniej dostępne. Piszącemu te słowa udało się ustalić istnienie jedynie kilku oryginalnych egzemplarzy. Jeden był w posiadaniu Tadeusza Sowińskiego (udostępnił go na potrzeby drugiego wydania), kolejny znajduje się w Bibliotece Głównej Akademii im. Jana Długosza w Częstochowie oraz Bibliotece Uniwersytetu Łódzkiego<sup>2</sup>. Czwarty wreszcie jest w posiadaniu Tomasza M. Kolmasiaka (właściciel nabył go na internetowej aukcji), któremu tym miejscu chciałbym podziękować za wypożyczenie go na potrzeby niniejszej publikacji.

Tak mała liczba zachowanych egzemplarzy nakazuje żywić obawę, że oryginalne wydanie może z czasem zupełnie zaniknąć. Ze względu na niewątpliwą przydatność dla profesjonalnych badań historycznych dokumentów zawartych w aneksie źródłowym, koniecznym stało się opublikowanie owych 14 wypisów źródłowych. Los okrutnie obszedł się z materiałami archiwalnymi do dziejów Radomszczańskiego. Odnosi się to zwłaszcza do dziejów okresu staropolskiego, ale nie bez winy są też sami mieszkańcy miasta, którzy odpowiednio wcześniej nie zadbali o zabezpieczenie dokumentów<sup>3</sup>. Tym większa więc chwała Romualdowi Hube, że dokonał odpisów zachowanych za jego czasów dokumentów. Były

<sup>1</sup> R. Hube, *Kościół parafialny stary i nowy w Radomsku*, wyd. II, Radomsko 1993.

<sup>2</sup> Autorowi niestety nie udało się dokonać kwerendy w bibliotekach uniwersyteckich w całej Polsce i zmuszony był jedynie do przeszukiwania bibliotecznych zbiorów poprzez Internet, w którym opublikowano katalogi zbiorów. A jak się okazuje, te mogą być niepełne. Tak było w przypadku łódzkiej biblioteki, gdzie książka występuje tylko w katalogu kartkowym. Za jej odszukanie powolę sobie podziękować dr Tadeuszowi Grabarczykowi z Instytutu Historii Uniwersytetu Łódzkiego. Najprawdopodobniej przynajmniej jeden egzemplarz posiada także Biblioteka Jagiellońska. Na drugiej stronie książki, z której korzystałem widnieje napis wykonany pieczętką- *Wylączono z zasobu dubletów Biblioteki Jagiell.*

<sup>3</sup> „Gazeta Radomska” (nr 26: 1935, s. 5) ubolewała, że stan miejskiego archiwum jest opłakany. J. Jaworski, miejscowy pasjonat historii i współpracownik gazety, alarmował o złym sposobie przechowywania dokumentów. Archiwum było raczej ciasną komórką w gmachu magistratu, która mieściła stos rękopisów. Proste niezamknięte półki były zapchane do sufitu. Na księgach, przeważnie nieoprawionych, leżała warstwa kurzu nie cieńsza od samych akt. Myszy także zrobiły swoje. Okno z wybitą szybą przynosił tu śnieg, deszcz i promienie słoneczne. Ówczesny burmistrz Lucjan Kwaśniewski obiecał się tym zająć.

wśród nich zarówno oryginały dokumentów wydanych przez władców, odpisy wykonane jeszcze w XVI stuleciu, fragmenty z ksiąg ziemskich piotrkowskich oraz ksiąg miejskich Radomska. Opisy kościołów radomszczańskich (dokument nr III), sporządzony na polecenie arcybiskupa Jana Łaskiego w 1521 roku, zostały nieco później opublikowane<sup>4</sup>.

By jak najlepiej oddać treść oryginału, zastosowano dosłowny odpis tych materiałów oraz zachowano układ, jaki nadał Romuald Hube.

## I

1475

Nos proconsul cum consulibus de oppido Radomskie significamus quibus expedit universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia in nostro libro civili certus actus donationum et dotationum pro fundando et erigendo hospitali in Radomskie per nonnullos datores spirituales et saeculares factus invenitur; quos quidem actus ad instantiam et petitionem honorabilis Martini commendarii et altariae in Radomskie ex eodem libro transumi et transcribi procuravimus, quorum tenor de verbo ad verbum est talis:

1. Coram nobis consulibus in Radomskie videlicet Martino Zawisza, Stanislao Rozumek, Jacobo Kapinosz, Nicolao Woszczyna, constitutus personaliter honorabilis dominus Joannes de Bogwidzowy actu presbyter partem patrimonii sui in Bogwidzowy ita longe et late cum sicco et madido, cum agris et pratis velut solus tenui et possedit, pro Hospitali pauperum in Radomskie donavit et aeterniter legavit, pro se et suis proximis nihil [II] relinquendo, et magnificus dominus Boleslaus de Kurozwęki castellanus Rospiriensis, Capitaneus Krzepicensis et Brzeznicensis tenutarius in Radomskie, redditus omnes suos eundem concernentes de praedicta parte patrimonii honorabilis domini Joannis Bogwidzowski remisit totaliter et communitas istius civitatis.

2. Similiter et honorabilis dominus Clemens praebendarius in Radomskie, bona sua, quae pro eodem Hospitali in Radomskie comparaverat, perpetuo resignavit, pro quibus dominis Joanne de Bogwidzowy et Clemente praebendario in Radomskie duas missae septimanatim perpetuo pro eodem Joanne una et altera pro Clemente, ad tempora vitae ipsius legi debebunt per praepositum Hospitalis. Acta sunt anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, feria quarta infra conductum Paschae, praesentibus domino Petro de Chorzenice Canonico Kielcensi et Kurzelowiensi ecclesiarum et in Radomskie plebano et nobilem Peregrino de Jedlno et Zbigneo de Siemkowicz haeredibus et aliis fide dignis.

3. Anno quo immediate supra iisdem Consulibus suprascriptis in consilio plenario residentibus, veniens ad residentiam juris plenariam, prividus Stanislaus Stalicza civis noster, non compulsus nec aliquo devio errore seductus, ast libera voluntate et maturo consilio dedit et simpliciter donavit propter Deum, mediam argulam alias pół niwy, jacentem penes quercetum vulgo nuncupatum Kowalin parte ex una et villam Swierznica partibus ex altera, honorabili domino Clementi hic in nostra Radomskie Hospitalis pauperum sacerdoti, pro suae relevatione inopiae et aliquantulo subsidio, ita longe et late sicut ibi in suo loco se extendit habendam, tenendam et cum eodem jure possidendam, sicut solus habuit et [III] tenuit, nil pro se et suis successoribus legitimis relinquendo, actum feria sexta ante festum Pentecostes proxima. Anno ut supra.

Akta te wyjęte są z zatwierdzenia fundacyi domu schronienia przy kościele Ś-go Ducha w Radomsku,

<sup>4</sup> J. Łaski, *Liber beneficiorum*, t. II, Gniezno 1881.

wydanego przez Jana Łaskiego Arcybiskupa Gnieźnieńskiego w dniu 11 lipca r.1524<sup>5</sup>.

## II. 1477.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae. Magnus Dux Lituaniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Russiae, Prussiae nec non Culmensis et Elbingensis Pomeraniaeque dominus et haeres. Significamus tenore paesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris, horum notitiam habituris, quomodo oblata Maiestati nostrae discreti et providi viri Jacobi presbiteri, Martini Zawisza et Stanislai Rozumek oppidanarum nostrorum Radomskie petitio continebat, quatenus nostrum regium consensum erigendi et dotandi altare in titulum Assumptionis beatissime virginis Mariae et undecim millium Virginum in ecclesia parochiali in Radomskie iam fundatum, in et super quatuor marcis census annui et duobus lapidibus sepi frixi, ex quatuor macellis ipsius Jacobi presbiteri in Lelow provenientium et uno macello in Radomskie in he duobusque ortis cum allodio in hreditate Swyrnycza et prato Fastowky nuncupato, [IV] ibidem iacente, praedictorum Martini Zawischa et Stanislai Rozumek, quae quilibet eorum jure aeviterno et haereditario tenebant et tenent atque possident, dare et concedere dignemur. Nos tandem volentes diem extremi iudicii pietatis operibus praevenire et eorum quos pia movit devotio ecclesiarum defectibus subvenire, gesta mutari, pro quorum oblatione ..... et in futuro speramus multiplices retributiones adipisci praemiorum, ad petitionem igitur praedictorum Jacobi presbiteri Martini Zawisza et Rozumek Stanislai de Radomskie tanquam iustam et rationi consonam, altare saepefatum macellis, sepo, ortis, pratis, allodio et censibus supradictis ..... erigendum et providendum admisimus, indulsimus et consensimus, admittimus, indulgemus et consentimus perpetualiter et in aevum tenore presentium mediante jure tamen ..... nostrorum ..... solationumque quorumvis sive sunt

---

<sup>5</sup> W 1926 roku tłumaczenie tego dokumentu zamieściła „Gazeta Radomska” (nr 40:1926, s. 3). Podobnie jak powyżej, zamieszczono wówczas informację, że pochodzi on z zatwierdzenia fundacji Domu Schronienia, wydanego przez arcybiskupa Jana Łaskiego w dniu 11 lipca 1524 roku. Z całą pewnością więc korzystano z zachowanego wówczas jeszcze oryginału. Nie wiadomo, kto jest autorem niniejszego tłumaczenia: *1475 My proconsul (burmistrz) wraz z konsulami (radnymi) miasta Radomska podajemy do wiadomości wszystkim, którym należy, że w naszej księdze cywilnej znajduje się pweien akt darwoizny i dotacji dla ufundowania i wzniesienia schronienia (szpitala) w Radomsku przez niektórych ofiarodawców duchownych i świeckich uczyniony, który to akt na prośbę czcigodnego ks. marcina komendarza i altarzysty wRadomsku z teje księgi poleciliśmy dosłownie przepisać. 1. W obecności nas radnych miasta Radomska, a mianowicie: Marcina Zawiszy, Stanisława Rozumka, Jakóba Kapinosza, Mikołaja Woszczyzny, obecni odsobiście Czcigodny ks. Jan z Bogwidzów część swojego dziedzictwa w Bogwidzowach w granicach jak sam posiada z mokradłami i piaskami, z polami i łakami, dla schronienia dla biednych w Radomsku podarował i na wieczne czasy zapisał, dla siebie i swoich bliskich nic nie pozostawiając i jaśnie oświecony pan Bolesław z Kurozwęki kasztelan Rozrzański, chorąży krzepicki i brzeźnicki dzierżawca w Radomsku wszystkie swoje dochody jemu przynależne z wyżej wymienionej części ojcowizny Czcigodnego ks. Jana Bogwidzowskiego całkowicie przekazał na korzyść tego miasta. 2. Podobnie i czcigodny ks. Klemens prebendariusz w Radomsku, dobra swoje, które dla tego schronienia nabył, na zawsze z nich zrezygnował; za wyżej wymienionych księży ks. Jana z Bogwidzów i ks. Klemensa prebendariusza w Radomsku dwie msze tygodniowo, jedną za ks. Jana, a druga za ks. Klemensa, do czasu życia proboszcza ze schronienia winny być odprawione. Akta te sporządzono roku Pańskiego 1475 w srode w oktawie Wielkanocnej w obecności ks. Piotra z Chorzenic kanonika kieleckiego i kurzelowskiego, proboszcza z Radomska i prześwietnych dziedziców Peregrynusa z Jedlna i Zbigniewa z Siemkowic i innych godnych wiary. 3. W tym samym roku wobec konsulatów wyżej wymienionych na pełnej radzie, posiadającej kompletne prawo, troskliwy Stanisław Stalicza obywatel nasz, nie przymuszony, ani też nie oszukany, lecz dobrotliwie po głębokim namyśle, z miłości ku Bogu pół niwy położonej koło lasu dębowego (Dąbrowy) w miejscowości zwanego Kowalcu (powinno być Kowalin) z jednej strony, a częścią wsi Swierznica z drugiej, Czcigodnemu ks. Klemensowi kapłanowi schronienia, dla zmniejszenia niedostatku jako subsydium w granicach jakich sam posiadał podarował, dla siebie nic nie pozostawiając. Działo się to w piątek przed Zesłaniem Ducha Świętego roku Pańskiego jak wyżej.*

super praefatis macellis, ortis, pratis, allodio, censibusque eorum quavis derogatione. Quibus sigillum nostram est subappensum testimonio literarum. Datum feria quarta in conventionem Pyotrkoviensi generali .... sancti Floriani martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Praesentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis patribus dominis: Jacobo sanctae Gneznensis ecclesiae, Archiepiscopo et Primate, Johanne Cracoviensi, Sbigneo Wladislaviensi, Andrea Poznaniensi .... Warniensi, Nicolao Camenecensi, Paulo Chelmensi episcopis. Nec non magnificis, strenuis et generosis: Derslao de Rythwyany .... Jacobo de Dambno Sandomiriensi, Mathia de Byn Calischiensi, Nicolao de Cuthno Lanciensi .... de Jaroslaw Russiae generali, Andrea de Crethkow Junyvladislaviensi, Groth de Nowemyasto Rawensi, Stanislao de Strelcze Belzensi et Johanne Odrowansch de Sprowa [V] Podoliae pallatinis, Johanne de Ostrorog Poznaniensi, Bartholomeo de Iwanowicze Calischiensi, Johanne de Calinowa Siradiensi, Dobeslao de Curoswanky Rosperyensi et Dobrogostio de Ostrorog Gneznensi castellanis, Petro Donyn de Prawkowicze Succamerario Sandomiriensi. Cetrisque dignitariis, officialibus, curiensibus compluribus nostris. Datum per manus venerabilis Stanislai de Curoswanky Regni nostri Vicecancellarij sincere nobis dilecti.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit.

Z oryginału przechowywanego się w archiwum kościoła farnego w Radomsku

### III

1521

**Radomskie oppidum.** In eodem ecclesia parochialis tituli Sancti Lamperti murata, de jure patronatus Regiae Majestatis, quam modo obtinet Venerabilis Dominus Joannes Naropiński, ex praesentatione Serenissimi Principis Domini Sigismundi DEI gratia Regis Poloniae et feliciter moderni.

Ad quam jure parochiali, ultra oppidum praedictum et ejus suburbia, villae infrascriptae, videlicet: Swierznicza, Stobieczko Civile, Stobieczko Marciszowo, Wierzbicza, Roschny, Zdania, Golanki, Bogwiedzowy, Młodzowy, Bartodzieje, Okrodziszów, Ploschów, Piaszcycze, Kiethlin, Orzechów, Orzechowicz, Strzałków, Zakrzów, Szczepoczice, Radziechowicze, Strzałkowicz, Landzicze, [VI] spectant et pertinent, pro cujus ecclesiae parochialis curae administratione et subsidio plebanus pro tempore existens circa ipsam ecclesiam servat et servare consuevit duos capellanos in vicarios et ministrum, quos salariat ex proventibus mensae suae plebanalis, habetque dicta ecclesia et ejus pro tempore plebanus, pro dote fundo proventus infrascriptos: imprimis videlicet in eodem oppido circa ecclesiam, aream pro curia plebanali satis strictam, cum horto in portico domus ejusdem, cum vinariis in eodem horto nec non tria macella carnificum seu lanificum, de quibus solvitur census, prout unum quodlibet locari potest, pronunc datur una marca, de altero tres fertones, et tertium desertum jacet. Item infra limites haereditatis ejusdem oppidi, habet piscinam satis bonam super fluvio Radomia et in eadem piscina molendinum, de quo molendinator solvit pro censu annuo, quolibet anno sex marcas et nihil aliud, et non habet aliquos agros idem molendinator, solum prata in littore superiori ejusdem piscinae et quotiescumque frumenta plebani moluntur, ex quadam consuetudine molendinator recepit mensuras a frumentis plebani ex tollerantia plebani.

Młodzowy villa superius descripta sub parochiali ejusdem oppidi Radomskie, cujus proprietates et verum dominium in toto cum jure, etiam cum decima manipulari spectat ad eandem ecclesiam et ejus plebanum, et sunt in eadem septem areae cmetonales, habentes paucos agros et solvit unusquisque eorum cmetonum in eisdem areis residentium pro censu per sex grossos, per unum gallum et quindecim ova, et laborant in qualibet septimana per unum diem labores pro voluntate plebani in eadem villa aut in oppido; habet enim in eadem villa plebanus praedium et certos agros praediales cum pratis.

[VII] Szwierznicza, Stobieczko Civile, Zdania, Golanki, Bogwiedzowy, villae sub eadem parochiali in Radomskie, post quarum villarum omnes et singulos agros praediales et cmethonales decimae manipulares provenientes, spectant ad eandem ecclesiam parochialem et ejus plebanatum, et conducuntur per cmethones eorum propriis curribus in horrea a plebano, seu a suo factore locanda, absque solutione canapum, et solvunt nihilominus de quolibet manso columbationem per unum grossum.

Stobieczko Marciszowo, Roschny, Kiethlin villae sub eadem ecclesia parochiali in Radomskie, post quarum villarum omnes et singulos agros praediales, et in Roschny totius villae decimae manipulares provenientes, spectant ad eandem ipsam ecclesiam in Radomskie et ejus plebanum et conducuntur opera seu impensis plebani, et cmethones nihil aliud solvunt pro eadem ecclesia solum columbationem per unum grossum de quolibet manso: in Kiethlin vero per unum corum siliginis, decimas vero solvunt cmethones pro ecclesiae Gnesnensis Canonicatu.

Ploschów, Piaszczyce, Orzechowicz, villae etiam sub eadem parochiali, in quibus videlicet: Ploschow et Piaszczyce sunt speciales agri praediales, in quibus locati sunt certi cmethones, in Ploschow duo, in Piaszczyce unus, in Orzechowicz vero post omnes et singulos totius villae agros, decimae manipulares provenientes spectant ad eandem parochialem et ejus plebanum; percipiunt tamen eas vicarii ejusdem pro salario; ex agris vero cmethonalibus, in praedictis Ploschow et Piaszczyce datur pro ecclesia Gnesnensi pro certis canonicatibus et praebendis.

Wierzbicza, Barthodzieje, Okrodziszów, Orzechów, Strzałków, Zakrzew, Szczepoczicze, Radziechowice, Strzał [VIII]owicz, Landzicze, villae praedictae sub parochiali in Radomskie, in quibus incolae pro eadem parochiali et ejus plebano nihil aliud solvunt, solum columbationem prout in Oppido Radomskie per unum grossum, decimas vero ecclesiae Gnesnesi pro certis canonicatibus et praebendis.

Taxata est eadem ecclesia ad quatuor marcas argenti et pro denariis Sancti Petri ad duodecim scotos.

Altare tituli S-cti Adalberti in eadem parochiali de jure patronatus et praesentandi proconsulis et consulum cum plebano pro tempore existenti, quod pro nunc obtinet honorabilis Martinus de eadem Radomskie, ex praesentatione proconsulis et consulum, necnon olim domini Nicolai Wroblewski canonici Cracoviensis, et protunc plebani in Radomskie, qui pro dote et fundo habet infrascripta: et primo, domunculam tertiam a schola, cimeterio contiguum in ordine aliarum domuncularum, item molendinum infra limites ejusdem oppidi et haereditatis Radomskie in fluvio Radomia cum piscina et duobus pratis cum molendino sibi invicem adjacentibus, necnon certum juger agri, in latitudine novem sulocrum, in longitudine vero sex stadiorum se protendentem, et solvit molendinator pro tempore existens pro censu ex molendino, agro, pratis et hortis praedictis singulis annis pro nunc duas marcas, item habet duo macella carnificum in eodem oppido, et solvitur de uno possessionato pro censu una marca, aliud vero jacet modo desertum, de quo etiam solvebatur marca aut minus; item pratum circa oppidum dictum Obrythka, de quo solet colligi de foeno unus acervus, aliquando magis; item unum iuger agri, unius stadii in longitudine, in latitudine vero quinquaginta sulcorum, jacens circa agros scultetiae, insuper et aliud pratum dictum Crath[IX]ka in haereditate Swiednicza, quod ex negligentia in parte majori nemora occuparunt, et posset in eodem construi piscina, prout ante fuit, agger adhuc exstat. Cujus quidem altaris altarista pro tempore existens obligatur singulis hebdomadis, per se vel per alium legere et explere duas missas, unam de Beate Virgine et aliam pro defunctis.

Taxatum est hoc altare ad unum fertonem argenti.

Altare 2-dum tituli Beatae Virginis Mariae de jure patronatus, proconsulis cum consulibus nec non plebani pro tempore existentis in perafata Radomskie, quod obtinet pro nunc venerabilis dominus Stanislaus Główniewski decanus Vielunesis, quod habet pro dote et

fundo imprimis in eodem oppido unam domunculam cimeterio et aliis domunculis altaristarum contiguam, item ex proventibus molendini civilis seu rogalibus braseorum, singulis annis decem marcas, nec non piscinam penes agros advocatiae, scultetiae, dictam olim Andrae Lowina, et hortum dictum Strugaliński. Cujus altaris altarista pro tempore existens, obligatur ad onera infrascripta, per se vel per alium in altari suo singulis septimanis quatuor missas cantatas explere, videlicet: feria secunda pro defunctis, feria quarta et sexta, nec non sabbatho diebus de Beata Virgine, a quibus tenetur dare ministro scholae duas marcas, item obligatur subsidia facere vicariis, sacramenta in necessitate administrando, hoc est, in oppido ire cum communione ad infirmos, et baptizare, necnon confessione audire.

Taxatum est ad mediam marcam argenti.

Altare 3-tium tituli undecem millia Virginum, de jure patronatus plebani ejusdem ecclesiae, cum proconsule et consulibus, quod obtinet pro nunc honorabilis Joannes Sieszpowski de Krzymaniowicze, et habet pro[X]dote et fundo imprimis in eodem oppido, et circa oppidum domunculam in cimeterio, areae advocati vicinam seu contiguam, item unum macellum carnificum, quod locare solet pro tribus fertonibus, item tria prata jacentia inter prata oppidanorum ejusdem oppidi, versus villam Stobieczko, et vocatur unum Rosenkowska, aliud Zawiszinska et tertium etiam Zawiszniska, et locantur pro media marca, item in villa Swierznica, habet duos hortos, unus vocatur Rossmukowski et solet locari pro media sexagena, alter vero dictus Zawiszinski solet locari pro sedecim grossis. Item circa balneum civile, habet vinarium seu piscinulam. Item in oppido Lelow habet quatuor macella carnificum comparata pro octuaginta marcis, et solent locari carnificibus, duo pro duabus marcis et uno lapide sepis distillati, alia vero duo pro una sexagena et medio lapide sepis, et nihil aliud habet, praeter onera infrascripta, videlicet singulis septimanis legere tres missas, unam pro defunctis, aliam de Beate Virgine, tertiam pro peccatis.

Taxatum est idem altare ad undecem scotos argenti

Altare 4-tum tituli Sancti Christophori in eadem ecclesia oppidi Radomskie, quod pro nunc obtinet honorabilis Nicolaus de Chelm, actu presbyter, de jure patronatus plebani pro tempore existentis, cum proconsule et consulibus, quod habet pro dote et fundo, imprimis domunculam penes campanile, cimeterio contiguam, prout et aliae domunculae altaristum, item quatuor florenos ab avvocato ejusdem oppidi in tota dvocatia, pro sexaginta et quatuor florenis in auro, comparatis in proventibus advocatiae ejusdem per quemdam olim nobilem Simonem Orzechowski, item duo prata: Radziejowska et Karlowka, et jacent Radziejowska inter haereditates [XI] Barthodieje et Sanniki, aliud vero dictum Karlowka jacet circa oppidum penes agros. Zawiszca et pratum Lischigaba ex altera parte, item unum juger agri sex stadiorum in longitudine, in lateitudine vero citra vel ultra duodecim sulcorum, et jacet inter agros oppidanorum ex una parte Juchora, et ex altera Klwacz, et habet onera: duas missas singulis septimanis explere, unam de Beata Virgine, aliam pro defunctis benefactoribus. Nondum est taxatum.

Altare 5-tum tituli Corporis Christi in eadem ecclesia oppidi Radomskie, de jure patronatus et praesentandi plebani, nec non proconsulis et consulum ejusdem oppidi, quod pro nunc obtinet honorabilis Mathias de Piotrkow dictus Wscholek, et habet pro dote et fundo: imprimis circa ecclesiam aream, et in eadem dimunculam, prout alii altaristae cimeterio contiguam, item inter limites ejusdem oppidi haereditatis molendinum cum duabus piscinis sibi ipsis contiguis seu vicinis, super fluvio dicto Radomia, de quo molendino moleninator pro tempore existens, pro censu annuo singulis annis solvit altaristae dicti altaris per duas marcas; item habet tria prata, jacentia ultra molendinum dictum Wieschny et solet locari unum quodque pratum per sex grossos; item habet et aliud quartum pratum in haereditate civili villae Bogwidzowy, inter alia prata jacens, quod locari solet aliquando ad sexdecim grossos; item in villa Stobieczko civili, habet unam aream cmethonalem, cum horto, agris et pratis, ad eam spectantibus, et in eadem cmethonem modo dictum Nys, qui prout ex antiquo solvit

praedicti altaris altaristae, pro censu annuo, unam cum media marcas, et nihil laborat, praeter aliqua obsequia; cujus quidem altaris altarista pro tempore exi[XII]stens, ratione onerum, obligatur singulis hebdomadis tres misas legere et explere pro defunctis benefactoribus.

Altare 6-tum tituli Sti Nicolai in eadem parochiali Radomskie, de jure patronatus plebani pro tempore existens, prconsulis et consulum, quod pro nunc obtinet honorabilis Dominus Joannes de Radomskie Babidarowicz, et habet pro dote et fundo: imprimis domunculam cimeterio contiguam, inter scholam et domum vicariam, item quatuor macella carnificum in eodem oppido, et locantur singulis annis juxta posse, unum quodque ad unam marcam, aliquando magis vel minus; item habet duos hortos jacentes in postico praedij advocati, seu horti et hortorum civilium, circa viam, quae vadit ad monachos, et solent locari pro posse, aliquando ad unam marcam, aliquando magis, et in uno illorum cum praejudicio altaristae, de facto quidam Andreas Thworowski advocatus nunper defunctus, piscinulam erexit, et erectam desertavit in eodem loco; item tertium hortum in loco, qui dicitur Thobola, dictum Dobrypanowski, jacentem penes viam, a Thobola euntem penes hortos civiles, Kupischowski et Zegnajowski; item quartum hortum in haereditate Swierznica, jacentem penes Osthy ex una parte, et alia penes Dyndo cmethones, et locantur dicti hortus per quindecim grossos, item duo prata jacentia in haereditate Saniki, penes prata advocatae et civium oppidi Radomskie; item tertium pratum penes haereditatem Saniki, et aliam advocati, et viam, quae vadit in Piotrków, et locnatur dicta prata, unum majus pro media marca vel magis, et aliud pro viginti grossis, et tertium pro duodecim grossis, et aliquando magis; item tres piscinulas seu vinaria, una vocatur Bożaczasa, aliae duae desertae, et jacent sibi ipsi invicem, solum aggeribus distinctae. Cujus altaris altarista pro tempore existens [XIII]singulis septimanis obligatur ad legendum in eodem altari, quatuor missas, unam de Beata Virgine, aliam pro peccatis, et duas pro defunctis, et singulis quatuor temporibus psalterium pro defunctis.

Taxatum est ad sedecim scotos argenti.

Z kopii przysłanej z Gniezna, poświadczonej za zgodność z księgą beneficjów przez Antoniego Dyamenta, przysięgłego Notaryusza kapituły metropolitarnej.

#### IV 1543

Bona Dei Gratia Regina Poloniae, Magna dux Lithuaniae, Russiae, Prussie ac Masoviae etc., domina, generoso Andreae Konopnicki Tribuno et Capitaneo Nostro Vieluniensi. Fideli dilecto, gratiam Nostram. Generose, Fidelis dilecte. Edoctae sumus certorum quorundam relatione, fore quasdam domos Vicariorum in oppido Nostro Radomskie adeo inciviliter et inconsulto locatas et constructas, ut magna in parte circulum fori illius oppidi deturpent ac pene defaendant, volentes itaque Nos et bono oppidi Nostri Radomskie consulere et de commoditate Vicariorum, tanquam ministrorum templi in Radomskie providere, unam aream advocatiam, ibidem in Radomskie desertam, prope templum sitam, pro aedificaciis domorum Vicariorum concedendam duximus, praesentibusque damus et concedimus. Proinde fidelitati Tuae mandamus, ut aream praefatam advocatiam pro [XIV] domibus Vicariorum construendis cedas, solaque Tua fidelitas illos admoneat, ut de priori loco, minus commodo, habitationes suas levent et in concessam illis aream transferant. Locum vero in quo prius Vicarii habitabant, aut et hucusque habitant, postquam tollerint aedifica sua, nolumus deinceps aliquibus aedificiis occupari, sed illum converti in spatium cemeterii templi in Radomskie. In cujus rei testimonium sigillum Nostrum praesentibus est

subimpressum. Datum Cracoviae undecima mensis maij, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Tertio.

Bona Regina  
Oryginał w Archiwum miejskim w Radomsku

**V**  
**1545**

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Masoviae etc. dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quia reproductae sunt coram Nobis literae serenissimae Conjugis Nostrae per venerabilem Joannem Radogoski Canonicum lancieniensem et plebanum in Radomskie manu et sigillo propriis ejusdem Majestatis communitatae atque obsignatae, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

(tu wpisany przywilej pod nr IV zamieszczony)

supplicatumque Nobis ut ipsas literas in omnibus aerundem punctis, clausulis, conditionibus et articulis approbare [XV] confirmare et ratificare dignaremus, Nos itaque supplicationibus prefati venerabilis Joannis Radogoski permoti, praefatas literas in omnibus punctis clausulis, conditionibus et articulis, approbamus, confirmamus, ratificamus ac robur perpetuae firmitatis habere volumus, adscribentes praedictam aream a serenissima Coniuge Nostra donatam circumferentialiter, ita ut donata est immunitati et libertati ecclesiasticae, liberantes eam ab omnibus servitiis, oneribus et gravaminibus, harum testimonio literarum, quibus sigillum Nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae feria quinta, post dominicam Laetae. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Quinto, regni vero Nostri trigesimo nono. Relatio Reverendi in Christo patris domini Samuelis Maciejowski, Episcopi plocensis et Regni Poloniae Vicecancelarii.

Samuel Eps. Plocn. et Vice-Cancellarius

(Locus sigilli pensilis).

Oryginał w Archiwum miejskim w Radomsku<sup>6</sup>.

**VI**  
**1601**

Actum in Castro Petricoviensi, Sabbato post Festum Trium Regum proximo, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Primo.

Coram Generoso Stanislao Zawadzki de Zawadi terrae Sochaczoviensis Subjudice et Vice-Capitano Castrensi Petricoviensi. [XVI]

*Donatio in Zakrzowek Ecclesiae Parochiali in Radomskie*

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitaneus Petricoviensis persoanliter comparens Magnificus Alexander Konieczpolski in Konieczpole Vielunensis, Zarnoviensis etc. Capitaneus, ab omni jure, foro et jurisdictione suis quibusvis propriis et competentibus recedens et eiusdem hac in parte renuncians, praesenti vero Castriensi Petricoviensi Jurisdictioni se cum bonis omnibus et sucesoribus suis, quod ad actum praesentem et ejus totum attinet effectum, subijciens et incorporans sanus mente et corpore existens, publice ac benevole coram eodem Officio recognavit: Quia bona sua omnia mobilia et immobilia totius villae et haereditas Zakrzowek in districtu Radomscensi consistentia, ipsi per Generosos Dorotheam Gidzielska olim nobilis Nicolai Gidzielski relictam et Christophorum, felicem

<sup>6</sup> Był to dokument pergamonowy o wymiarach 46x23 cm. W archiwum miejskim był jeszcze w 1938 roku, posiadał pergamonowy pasek, na którym kiedyś przywieszona była pieczęć. Przywilej ten został powtórzony w dokumencie Stanisława Augusta z 1777 roku. Nie wiadomo, jak potoczyły się dalej jego losy – zob. S. Sankowski, Z dziejów miasta Radomska (do 1939 r.), Radomsko 1995, s. 167, 176.



Gidzielskie, filios illius, suo et nobilium Alexandri, Nicolai, Samuelis et Sigismundi Gidzielskich, fratrum suorum germanorum, nominibus, Actis Castriensibus Vielunensibus modo quovis in perpetuum inscripta et donata, cum omni jure, dominio, proprietate titolouque haereditario pertinentibus attinentiis, conhaerenciis adjacentiis, fructibus utilitatibusque et emolumentis generaliter universis ex eisdem bonis modo quovis provenientiis, cum parata possessione, tutione, intromissione, evictione, conditione, submissione, ligamentis omnibus, contractibus atque inscriptionibus, vadiis, damnis terrestribus, haec firmamus alias cum omnibus et integris juribus suis, quaecunque ipsum ad suprascripta bona spectant, in toto, nihil excipiendo nec pro se ac suis succesoribus quidquid ex eisdem minorando aut reservando, sed prout solummet concernebat, generi per speciem et e communi in nullo dero[XVII]gando, Ecclesiae Parchiali Radomscensi tituli Sancti Lamberti et provisoribus ipsius per Officium civile et totam communitatem Oppidi Radomskie<sup>7</sup> ..... quovis specialiter ad subeundum hoc manus eligendo, dat, donat, inscribit, fundat atque resignat, in perpetuum, dando et concedendo eisdem provisoribus pro nunc et pro tempore existentibus, plenariam potestatem et omnimodam facultatem bona eadem suprascripta donata tenendi, habendi, utifruui, possidendi, attamen sine devastatione eorum et dispositione in alienas manus modo quovis facienda, jure perpetuo, pro graniciebus agendi, ad contractum, conditiones, submissiones, ligamenta agendi, lucra, vadia, damna terrestria obtinendi, lucrandi, de eisdem quietandi, haecque omnia ad debitum effectum deducendi, perpetuo autem jure, ratione istorum bonorum nullam dispositionem faciant, nec ea alienabunt sine legitimo consensu moderni fundatoris et ejus succesorum. Tum demum Honestos Gabrielem et Zophiam Boguslawskie conjuges circa advitalitatem, per se recognoscentem illis factam et conditiones illorum conservare eosque in pacifica possessione eorum bonorum ad vitam illorum et cujuslibet illorum, quincunque superstes fuerit debent. Insuper iidem Provisores post decessum eorundem conjugum vel post expirationem circa conditiones ejusdem juris advitalicii, ex eisdem bonis mobilibus et immobilibus omnibus praesentialiter fundatis, quolibet anno pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae pro tunc acceptam possessionem in eisdem inchoatam, Ecclesiae Parochiali pro decantando cursu Beatae Mariae Virginis, indies fiendo, Vicariis et Altaristis solis ad perficiendum [XVIII] circa Ecclesiam eanedem manentibus, florenos sexaginta pecuniae monetae, nostrae polon. et ad hospitale Radomscense provisoribusque ipsius a communitate eligendis, eodem etiam pro festo quolibet anno florenos quinquaginta pecuniae polonicalis, reliquam vero summam, si maior ex proventibus bonorum eorundem apparuerit, pro reformatione, restauratione Ecclessiarum earundem Parochialis et Hospitalis dare et pendere debent. Qui quidem provisos annuatium facient calcum de his bonis et praesente illorum communitate ejusdem oppidi Radomskie, in praesentia moderni fundatoris seu succesorum illius vel cui iidem specialibus literis commiserint, similiter revisio bonorum eorundem, in decursu trium annorum quorumlibet, per communitatem oppidi Radomskie sive subdelegatas personas fieri debebit. In quae bona taliter donata et resignata, praenominatus magnificus Capitaneus Vielunensis et Zarnovecensis, eisdem provisoribus Ecclesiae praedictae Parochialis Radomscensis pro nunc et pro tempore esistentibus, dat et de facto admittit intromissionem realem cum actuali et effectiva bonorum eorundem possessione ac libero usufructu per ministerialem et nobiles duos quoscunque, ad id vigore praesentium additos, in loco dictorum bonorum, quandocumque ipsis provisoribus placuerit, officiose capiendo et continuando actu parentis recognitiones mediante.

Wyjęte z Akt dawnych b. Grodu Piotrkowskiego „Inscriptionum” zwanych, w siędze n. 20 na fol. 241,242, 243, do

<sup>7</sup> W tem miejscu karta oryginału od spodu u brzegu urwana.

niniejszego odpisu poświadczono  
urzędownie.

**VII**  
**1613**

[XIX]

Actu coram officio Consulari Radomscensi feria sexta post festum Purificationis B. Mariae Virginis proxima, Anno Dni 1613.

*Postanowienie pana Jakuba Organisty*

Roku Pańskiego 1613 w piątek przed Gromnicami bliski. Stało się postanowienie między Janem Korzonkiem Burmistrzem, Panem Wojciechem Aptekarzem, Piotrem, Pawłem i Janem Łobodkiem Rajcami natenczas miasta Króla Jego Msci Radomskiego z jednej strony a między Panem Jakubem Chrostowskim Organistą z drugiej strony. Z strony trzymania organ w kościele Farnym Radomskim, które Urząd pomieniony, jako Prowizorowie Kościelni oddali to temu Panu Jakubowi,znaczając czas doroczny jeden od Suchych dni blisko przeszłych. Na mycie zwyczajnem powinien będzie przestać nic nieprzyczyniając, tak z groszów pieniężnych, jako i z jatek, tak mięsnych jako i solnych, którego myta u Urzędu upominać się będzie według czasów naznaczonych, płacy czynszów z postrzygalni i z jatek dla karencyi, które mu wytrącane być mają po groszu jednym od Mszy a po pół groszku od Jutrznii i Nieszporu. Grać powinien w niedziele obiediwe, mszy oprócz dominik i to w dominiki Matureę grać powinien, także in festis duplicibus i Matureę i Summę, Jutrznję i Niesz[XX]pory. W insze dni wszystkie przez tydzień powinien grać w każdy dzień Maturey, ponieważ jest do organ przyczyniona rola kościelna względem średniej, piątkowej i sobotniej Maturey i względem kalkancisty, którego sobie opatrować powinien. Od wtorkowej Maturey Bractwo S. Anny po dwa grosze dawać jemu powinno, groszy jemu półtora a na kalkanta po półgroszku. Jurisdycyją we wszystkim Urzędowi Burmistrzowskiemu, jako i insze powinien będzie przyznawać. Domek, rola i ogród wolny od podatków wszelakich według starego zwyczaju trzymać będzie. Domku pustoszyć niema i owszem gdyby się co głównego zepsowało, ma dać znać Urzędowi a Urząd to powinien oprawić, oprócz drobnej poprawy, któraby nie kosztowała nad groszy piętnaście, to sam ma kosztem swym poprawić. Domek też jako go odbierze, przy oddawaniu tak go też w cale oddać powinien, według inwentarza na to uczynionego. Odjeżdżać nigdzie przez przyzwolenia Burmistrzowskiego nie ma; gdzieby tego poważał karencyje pisane będą. Skrzybanie gnoju w rynku po prawą stronę i około jatek solnych, bez czynienia szkody mieć ma. Na te wszystkie kondycyje imieniem Jego Mości Ks. Plebana Radomskiego pozwolił. Ks. Wojciech Bloc kommandarz na ten czas i ten tu Pan Jakub Organista, roku i dnia jako wyżej.

Dosłownie odpisano z księgi drugiej miejskiej Radomskiej przechowanej w Archiwum Piotrkowskiem starych akt.

[XXI]

**VIII**  
**1695**

*Jesus Maria*

Praepositus Generalis Fratrum Carmelitaru disalceatorum Congregationis Sancti Eliae, Ordinis Beatissimae Virginis Mariae de monte Carmelo, ac ejusdem S. Montis Prior.

Religio Nostra cum inter alia privilegia quibus a Sancta Sede Apostolica decorata est, facultatem habeat saecularium Confraternitatum, sub invocatione Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, nuncupatarum erigendi, eisque spirituales gratias, privilegia et indulgentias,

communicandi; in hujusmodi Confraternitatibus instituendis, si ad Christi fidelium salutem promovendam expedire animadverit, liberalem se praebere consuevit. Nos igitur, qui generalem totius Ordinis curam gerimus, sperantes fore, ut ex hac spiritualium gratiarum participatione, Christi fideles ad devotionem et pietatem, magis excitentur; auctoritate Nostra a Summis Pontificibus concessa, Confraternitatem Beatissimae Mariae Virginis de Monte Carmelo, in Ecclesia Radomscensi Civitatis S.R.M. tituli S. Lamberti Episcopi et Martiris, Archidiaecesis Gnesnensis, postulante illustrissimo et admodum reverendissimo Adalberto Korzeniowski Congregationis Oratorii S. Philippi Neri Studzianensis Pareposito, Primario ejusdem Confraternitatis procuratore et benefactore, de consensu loci ordinarii, qui ejusdem Confraternitatis institutum, [XXII] pietatem, ac religionem, literis patentibus, nobis nunc exhibitis commendavit; dummodo tamen alia similis, in ipso vel alio ad tria milliaria propinquo loco, hactenus erecta non fuerit, per praesentes nostras erigimus, illique et pro tempore existentibus utrisque sexus confratribus elargimur, et communicamus illaque privilegia, quae a Romanis Pontificibus eidem Confraternitati concessa fuerunt et nunquam revocata, et in specie, privilegia concessa a Clemente septimo in Bulla, quae incipit: “*Ex clementi*” data Romae apud Sanctum Petrum pridie Idus Augusti 1530” Ut videlicet confratres nostri scapulares, praeter alias gratias, juxta formam ac tenorem Constitutionis a Clemente Papa Octavo emanatae Romae sub annulo piscatoris die 7-ma Decembris 1604 (quae incipit: “*Quaecunque a Sede Apostolica*”, et ad quam plena relatio habeatur) tempore interdicti Apostolici, modo ipsi interdicto causam non dederint, et per eos non stet, quominus pareatur interdicto Apostolico, clausis januis, exclausis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, et submissa voce, missa et alia Divina officia, per sacerdotes saeculares vel regulares celebrare, ac etiamsi contingat eos vel eorum aliquem tempore praedicti interdicti Apostolici, ab humanis decedere, corpora eorum, sepulturae ecclesiasticae, cum aliqua, honesta tamen funerali pompa, tradi possint. Insuper eisdem confratribus communicamus indulgentias et gratias spirituales, inferius descriptas, nominatim et expresse per Breve Pauli V. fel. reg. tenoris sequentis concessas: Paulus papa V. ad perpetuam rei memoriam; cum certas unicuique Confraternitati indulgentias et gratias spirituales, quibus de caetero fruuntur, duxerimus praescribendas, idcirco nos omnes et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes Confraternitati [XXIII] Beatissimae Mariae de monte Carmelo in quibuscumque civitatibus et locis canonice insitutae, et illius confraternibus et consorioribus, hactenus per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores Nostros concessas, revocantes, ac nullius roboris et momenti esse declarantes, de Omnipotentis Dei misericordia, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utrisque sexus Christi fidelibus, qui dictam confraternitatem ubique locorum, tam hactenus canonice (ut fertur) institutam, quam deinceps ut infra instituendam de cetero ingressis, si vere poenitentes et confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; ac tam ipsis pro tempore describendis, quam jam descriptis in dicta confraternitate, confratribus et consorioribus, etiam vere poenitentibus et confessis, ac Sacra communione refectis, qui in festo principali commemorationis ejusdem Beatissimae Mariae Virginis die 16 mensis Julii aut juxta ritum nonnulorum locorum, die Dominica immediate sequenti celebrari solito, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum praeces effuderint, etiam plenariam; in mortis quoque articulo, eisdem utrisque sexus confratribus qui poenitentes et confessi ac Sanctissima communione refecti, nomen Jesu ore si potuerint, sin autem corde devote invocaverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, misericorditer in Domino concedimus. Nec non ipsis confratribus et consorioribus, qui similiter poenitentes et confessi ac Sanctissima communione refecti, processioni in una Dominica cujuslibet mensi per dictam confraternitatem de ordinarii loci licentia facienda, de vote interfuerint, et ibi (ut praefertur)

oraverint, septem [XXIV] annos et totiem quadragenas; ipsis vero qui ab esu carnis, his diebus, quibus confratres dictae confraternitatis ex illius instituto vesci non solent, abstinebunt, trecentum dies; qui autem qualibet die septies orationem Dominicam et toties salutionem Angelicam, ad honorem ejusdem Beatissimae Mariae Virginis, recitaverint, quadraginta dies; nec non etiam qui cum habitu ejusdem confraternitatis poenitentes et confessi, semel in mense, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, et ut preferitur oraverint, quinque annos et totidem quadragenas. Qui autem cum lumine dictae Sanctissimae Eucharistiae Sacramentum, quando ad infirmos defertur comitati fuerint, et pro eisdem infirmis pias ad Deum praeces effuderint, quinque annos et totidem quadragenas; qui vero corpora defunctorum tam confratrum, consororum, quam aliorum ad sepulturam associaverint, et pro eorum animabus ad Deum oraverint, centum dies, quoties vero praedicti confratres et consores officium ejusdem Beatissimae Mariae Virginis devote recitaverint, centum dies; qui vero missis et aliis divinis officiis, in ecclesia, capella aut oratorio dictae confraternitatis pro tempore celebrandis et recitandis, sive congregationibus publicis vel privatis ejusdem Confraternitatis, ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, aut eis in eorum necessitatibus vel periculo peccandi existentibus auxiliati fuerint, aut eleemonias temporales vel spirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis propriis vel alienis composuerint, seu componi facerint, vel procuraverint; aut demum aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes Dei praecepta, et ea, quae ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praedictorum operum, centum dies, [XXV] de injunctis eis, alias quomodolibet debitis poenitentis, in forma ecclesiae consueta relaxamus; ac dilecto filio nunc et pro tempore existenti Priori Generali dicti ordinis Carmelitarum, vel illo absente ejus vicario generali, ut hujusmodi Confraternitatem Beatissimae Mariae de monte Carmelo, ubivis locorum extra urbem erigere et instituere, illisque opmnes supradictas indulgentias et gratias spirituales (servata tamen forma praescripta in constitutione felicis recordationis Clementis Papae VIII praedecessoris nostri, super dictarum Confraternitatum aggregationibus et institutionibus edita) communicare, similiter libere et licite possit et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem concedimus et impertimur; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque praeteritis perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 30 octobris anno 1606, pontificatus nostri anno secundo. Postmodum vero idem Pontifex per Breve quod incipit: "*Priorum hominum*" datum Romae apud S. Marcum sub annulo piscatoris die 30 Augusti 1609, pontificatus sui V. concessit omnibus confratribus et consororibus nostrarum Confraternitatum vere poenitentibus et confessis ac Sanctissima communione reffectis, qui processioni in una ex Dominicis cujuslibet mensis (ut praefertur) peragenda interfuerint, et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extripatione ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum praeces effuderint, qualibet vice id peregerint, plenariam peccatorum omnium suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concessit. Quam indulgentiam plenariam deinde per Breve quod incipit: "*Alias volentes*" datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die 19 [XXVI] Junij anno Domini 1614, pontificatus ejus anno decimo, ad Confraternitates Nostras in quacunque mundi parte in posterum perpetuis futuris temporibus canonice erigendas, idem Pontifex extendit. Quas omnes indulgentias, facultates gratias spirituales, et privilegia Ssmus Dominus Noster Clemens X, felicis recordationis explicuit et confirmavit per alias litteras in forma Brevis datas die VIII Maij 1637; nec non summarium eorundem ab Eminentissimo S. R. E. cardinalii Joanne Bona revisum, additis insuper sequentibus gratiis, scilicet" 1-mo quod omnes hujusmodi indulgentiae animabus Christi fidelium per modum suffragii aplicari possint; 2-do ut confratres, Confraternitatum Sacri scapularis, tam hactenus erectarum, quam in futurum erigendarum, qui processioni in una Dominica cujuslibet mensis, ab ipsis fieri

solitae, commode interesse non potuerint, si, vere poenitates et confessi as Sacra communiione refecti, capellas suarum respective Confraternitatum devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principium concordia, haeresum extirpatione ac Sanctae matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum praeces effuderint, eandam plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem quam Paulus V. illis, qui processioni hujusmodi interesunt, concessit, pariformiter consequantur; et similiter infirmi, captivi et peregrinantes, qui Capellas hujus modi dicta Dominica visitare nequiverint, si officium parvum Beatissimae Mariae Virginis aut quinquages orationem Dominicam et salutationem Angelicam recitaverint, et saltem contriti fuerint, cum proposito confitendi, et sacram communionem recipiendi quamprimum potuerint, quod adimplere omnino teneantur; fratres quoque et moniales ordinis, commorantes in conventibus, in quibus non est erecta Confraternitas Sacri scapularis, vel non fit pro[XXVII]cessio hujusmodi, si litanias Omnium Sanctorum in choro vel privatim, si legitime impedit, non potuerint interesse choro, devote recitaverint, caeteraque in literis Pauli V. perscripta, adimpleverint, praefatam plenariam indulgentiam et peccatorum remissionem consequantur; 3-tio Festum principale Confraternitatum Sacri scapularis, juxta indultum ab eodem Paulo Vto concessum die 16 mensis Julii, vel Dominica immediate sequenti quotannis celebrari solitum, ob majorem devotionem vel commoditatem Christi fidelium, aut quando eadem die occuret alia solemnitatis, in aliam Dominicam ejusdem mensis transferri permittit. Quibus omnibus et spiritualibus gratiis suprapositis, Confraternitatem ipsam per nos erectam, ejusque confratres et consores potiri et gaudere decernimus, juxta praedictam Bullam Clementis VIII Papae. In quorum testimonium has literas fieri, manuque nostra et per secretarium nostrum subscribi et publicari mandavimus, sigilloque officii nostri muniri, cum hac tamen expressa declaratione, et conditione, et non aliter praedictam Confraternitatem erigimus et fundamus” quodsi confratres praedictare nostrae Sodalitatis, in locis ubi religio nostra ecclesias non habet fundatas aut erectas, aliquo pacto aut quaesito colore, per se vel per alios directe vel indirecte foundationi seu acquisitioni alicujus nostrae ecclesiae et conventus ibidem, vel ad tria circumcirca militaria, imposterum forte fundandi seu acquirendi, se opposuerint, contradixerint, seu aliquod impedimentum adtulerint, aut se opponere, contradicere, seu impedimentum aliquod affere tentaverint, tunc et nunc portunc irrita, cassa et nulla nullisque roboris et momenti ipso facto praecita erectio seu fundatio solidatis reddatur et sit, ac si nunquam fundata aut erecta fuisset’ ac insuper quod ad ecclesiam a Religione de [XXVIII] novo adeptam eadem Confraternitas prius erecta cum omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, sine ulla requisitione, petitione et instantia, statim transferantur, et translata intelligentur. Ad quae omnia confratres in ipsa foundatione Confraternitatis, per instrumentum publicum se suosque successores obligabunt. Praesentibus valituris, usque ad aliam nostram vel nostrorum successorum dispositionem. Datum Romae in Conventu nostro Sae Mariae de Scala die 13 Aprilis 1695.

Fr. Ambrosius a Sto Angelo Praepositus Gnalis

(L.†S.)

Fr. Modestus a Sto Michaele Secretarius

Wypisane z księgi pod tytułem: *Akta albo Dzieje*<sup>8</sup> it.d. zachowanej w kościele parafialnym w Radomsku

## IX.

1729

### *Decretum reformationis*

1-mo Quoniam illustrissimus reverendissimus Josephus Trzeciński, Archidiaconus Metropolitanus Gnesnensis, praepositus Radomscensis et Tribunalis Regni Praesidens

<sup>8</sup> R. Hube, Kościół ..., s. 37. Pełny trytuł brzmi: *Akta, albo dzieje Bractwa najświętszej Panny z Góry Karmelu wystawionego w kościele Radomskim Farnym począwszy ab anno Domini 1697.*

actualis, ob publica regni et dioecesium ac ecclesiarum negotia, clero ad hanc ecclesiam degenti invigilare tantopere nequit, mandatur et intimatur proude eidem hujus ecclesiae clero, quatenus etiam sine cah jurisdictionis et superioritatis ecclesiasticae attendentia ac continua super [XXIX] se vigilantia, ita sese in omnibus suis actionibus et moribus gerat, ut ratio status sui spiritualis et characteris exigentia requirit, memor hujus quod deficiente oculorum Dei, ubique per suam immensitatem praesentis et omnia videntis, continua super vitam, mores et actus quosvis inspectio; nominatim vero commendatur clero huic obligationibus suis satisfactio, exemplaris omnium aedificatio, mutua aduicem charitas et concordia, nec non illorum obsequiorum et auxiliorum ecclesiae parochiali exhibitio, quae erectionibus suorum beneficiorum habent praescripta. 2-o Summae 1,000 lforenorum a famata olim Sophia Koronina, confraternitati spirituali ad altare Stae Catherinae, sub nomine Beatissimae Virginis Mariae, recenter erectae, summae inquam applicatae et in castro Petricoviensi inscriptae, primo ex actis extractum inscriptionis procreatur, tandem erectio ejusdem summae ab officio ordinarii petatur. 3-o Quae in hac ecclesia circa hanc ecclesiam reparabilia sunt, eorum reparationem reverendus commendarius insinuet reverendissimo praeposito, facile sine dubio ex sancta liberalitate tanti praelati secuturam. 4-o In patriculari reparatio vasorum sacrorum oleorum plurimum destructa commendatur. 5-o Doctrina christiana, ut hucusque laudabiliter tradebatur, sic ab hinc nullatenus intermittatur, articulos fidei, praecepta decalogi et ecclesiae, necessitatem et utilitatem sacramentorum, stilo claro facile explanando. 6-o Bulla *Caenae Domini*, ut hucusque praelegatur, sic et abhinc praelegatur dominicis primis adventus et quadragesimae. Caeteraque omnia ad cultum Dei et salutem animarum spectantia, ut hactenus hic sancte implebantur, sic in posterum impleantur.

Wypisano z wizyty oryginalnej 1729 r.  
zachowanej w Archiwum kościoła

[XXX]

**X.**  
**1747**

Christophorus Antonius a Słupów Szembek Dei et apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis Legatus Natus Regni Poloniae, et M.D. Lith. Primas Primusque Princeps, Abbas Commendarius Tynecensis. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest, universis et singulis, praesentatas nobis literas brevis apostolici Clementis Papae ejus nominis XI pro instituenda Confraternitate sub titulo Smi Nominis Mariae in Districutu Radomscensi, et specialiter in ecclesia tituli S. Lamberti Radomscensi, de Anno 1714to benigne concessas, easdemque more solito juxta earundem obloquentiam de anno 1721mo admissas et publicatas fuisse, vigore quarum literarum apostolicarum supplicatum Nobis esse nomine totius cleri officialatus, et rerritori Radomscensis, quatenus certos articulos de et super insituenda eadem confraternitate sacerdotali, per perillustrem reverendum dominum Bonaventuram Turski, Archidiaconum Gnesnensem, ab eodem universo cleri sibi porrectos, Nobis exhibitos, admittere, et approbare autoritate Nostra ordinaria dignaremur. Quorum articulorum de verbo ad verbum tenor, qui sequitur, est talis: Articuli Confraternitatis Spiritualis ad celessimum principem, illustrissimum et reverendissimum dominum Christophorum Antonium a Słupow Szembek Dei et apostolicae sedis gratia Archi Eppum Gnesn. Legatum Natum Regni Poloniae et M. D. Lithuaniae Primatem Primusque [XXXI] Principem pro approbatione, et confirmatione conscripti et porrecti: 1-mo Qualibet homo tam spiritualis, quam saecularis, qui hanc Confraternitatem Spiritualem suscipere voluerit, accedere seniores duos per communitatem Fraternitatis electos debet, petetque se ad eorum Fraternitatem suscipi et elemosynam, ad arbitrum suum, pro necessatibus Fraternitatis convertendam erogabit. 2-do Omnes fratres quater in anno, videlicet feria quinta post qualibet quatuor tempora, sin vero festum aliquod solemne impediverit, alia die quae commodior videbitur, et in congregatione praeterita designabitur, ad Ecclesiam parochialem

Radomscensem convenient. Quod si quispiam legitime impeditus adesse nequiverit, apud seniores Fraternitatis sese excusabit, et nihilominus collectam consuetam ad aerarium Fraternitatis transmittet. 3-tio In congregatione hac singulis quartalibus peragenda, omnes superpellicati officium defunctorum voce sonora et distincte decantabunt. Missam etiam pro defunctis, unus ex fratribus ex registro designandus solemniter cantabit. Interim alii confratres missas lectas, tam pro defunctis fratribus, quam etiam pro publicis ecclesiae et regni necessitatibus celebrabunt. 4-to Cum aliquis fratrum hujus Confraternitatis in gravem et periculosum morbum inciderit, eum vinciores confratres plebani, tres conjunctum vel divisim invisant, et ad poenitentiae et SSmae Eucheristiae Sacramentum suscipiendum, cohortationibus, in Rituali Romano praescriptis inducant. Si vero egestate pressus fuerit sententia a senioribus requisita, cum eleemosyna ex communi aerario, sublevare curent. 5-to Idem attendant necesse est, ut penes infirmum, si morbo vehementiore urgeatur, atque im mortem declinet, unus eorum alternis vicibus maneat, ac omnino contendat, ut aegrotus, si eum Deus ex hujus corporis carcere educere [XXXII] voluerit, mundet peccata conscientia, omnibusque curis saecularibus depositis, extrema unctione praemunitus, cum gratia Divina extremum diem vitae claudet. 6-to Eorundem etiam curae ac sollitudinis fraternae erit, ne res defuncti, tam ecclesiasticae, quam domesticae distraherentur, providere, et ut corpus defuncti juxta Ritualis Romani praescriptum ornetur, utque circa feretrum cantus sacrae psalmodiae jugiter mansuri instituantur, curare. 7-mo Cum aliquis fratrum praedictae Confraternitatis, Deo volente, morte obierit, seniores fratres duo, aut etiam vinciores, sine mora omnes fratres spirituales convocabunt, qui ad sepeliendum mortuum, vigiliis defunctorum, conductum, et alia consueta cantaturi, superpellicati convenient, habebuntque ibidem prandium, et expensas funeris ex derelictis mortui, et si expensae funerales non sufficerint, de fisco fraternitatis procurabuntur. 8-vo Fratrem defuncto tumultato, omnes fratres spirituales, tricesimam unam, inter se dividant, et singulariter eorum quisque, praeter illas ex tricesima sibi injunctas, alias duas missas, pro anima defuncti legere tenebitur. Saeculares vero orationibus et eleemosynis, juvare pro posse contendunt. 9-no Ex saecularibus fratribus, si quis defunctus fuerit, rector parochialis illius mortui, senioribus mortem significabit, et deinde fratres seniores, omnibus spiritualibus, intimare tenebuntur, qui pro anima ipsius defuncti, singuli tres missas legere debent, funeri etiam pro loci distantia, juxta mortui petita adesse curabunt. 10-mo In omnibus etiam missis et orationibus, tam sacerdotos, quam saecularis, omnium fratrum vivorum, et mortuorum, quoad vixerint memoriam habebunt. 11-mo Quilibet fratrum testamentum suum juxta praescriptum Synodi Gembicianaе tempestive ut conficiat, sane pernecessarium est; antequam illud tempus plenum [XXXIII] horroris et perturbationem allabatur, quo magis salus animae procuranda est, quam de testamentis ordinandis cogitandum. Ita enim facile effecient, ut supellectilem, et facultates suas, cum labore quaesitas, a rapis eripient, et quod majus est, dissensionibus et contentionibus, inter propinquos et succesores viam praecludant. Ad quod praestandum fratres seniores, in singulis congregationibus, sedulo omnes, et singulos adhortabunt. Testamenti vere sui, quilibet duo exemplaria habeat, unum penes se, alterum in scrinio fraternitatis, ne alterutrum perire contingat, servabit. 12-mo Singulis anni quartalibus, omnes fratres spirituales ad fiscum fraternitatis per grossos duodecim, seu ad arbitrum conferent. Quae pecunia et eleemosinae, oblationes et legata pia, nec non registra et privilegia, in scrinio, sub trium clavium custodia, in ecclesiae parochialis sacrario asservabuntur, quarum duae penes seniores, tertia penes secretarium Fraternitatis, qui omnia scripto commendabit manebunt. 13-tio Si fratrum aliquis (quod Deus avertere dignentur) scandalosus, inobediens, pertinax et rebellis repertus fuerit, per fratres seniores suaviter monendus est. Qui si ter et quater monitus et correctus, mores, et vitam emendare noluerit, licebit eisdem fratribus talem in praesentia omnium fratrum excludere et a Congregatione amovere atque ad officium puniendam deferre. Nos igitur pium institutum et zelum paternae charitatis, benigno favore complectentes, articulos supra

specificatos admisimus, Confraternitatemque uti ad laudem Dei omnipotentis et ad conservandum vinculum charitatis christinae laudabiliter insitutam, una cum ratificatione missarum ratificavimus ipsamque in omnibus clausulis, punctis, articulis et conditionibus autoritate Nostra ordinaria approbavimus, uti quidem admittimus, ratificamus, appro[XXXIV]bamus et confirmamus. In quorum fidem praesentes manus propria subscriptas, sigillo Nostro communiri jussimus. Datum Lovicii die 16 mensis Januarii Anno Domini 1747. Dominicus Kielczewski Vladislaviensis Canonicus, suae Celestudinis Auditor Generalis et Judex. Locus sigilli. Casimirus Płomiński Curiae suae Celestudinis Primatialis Notarius Actuarius.

Wyjęte z wizyty r. 1766.

**XI.**

**1765**

Ad majorem Dei gloriam B. V. Miariae honorem S. Lamberti hujus ecclesiae tutelarioris, nec non aliorum Beatorum cultum ac venerationem, ordinatio devotionis, clero ecclesiae Radomscensis commendata.

1. Quantum spectat ordinem devotionis enixe commendatur, ut ad mentem foundationis, et benefactorum accurate coram suis altaribus reverendi vicarii sive praebendarii disignatis missas legant.

2. Propter omnem populi commoditatem quotidie prima missa per vicarios sive praebendarios de mane legatur per turnum.

3. Dato signo ad informos sine ulla mora properare non praetermittant, quapropter per tremendum obsecro illos iudicium divinum, ne per negligentiam [XXXV] et moram aliquam quis de parochianis sine Sacramento paenitentiae et synaxi de hoc saeculo decedat.

4. Conciones festis diebus praedicabunt, dominicis autem catechisabunt, sive vero aliquis vicariorum sive praebendariorum hanc obligationem neglexerit, carebit portione praedicatorum spectante.

5. Accidentia ecclesiastica per admodum reverendum Thomam Switkiewicz commendarium in carbona ecclesiae asservantur, singulis autem quartalibus inter administrantes sacramenta et praefata puncta stricte servantes, distribuuntur. Quodsi vero hujus ordinationis aliquis immemor repertus fuerit, irremisibiliter careat concernenti.

6. Occasiones suae vocationi repugnantes omnino subterfugiant, meminerint moniti Christi Domini: Sancti estote, quia ergo sanctus sum.

7. Carpulam subterfugiant, haec enim est ortigo omnis mali, nam administrans Sacramenta omni tempore sobrius esse debet.

8. Discordiae inter clerum prohibentur, ex quacunque causa pullulantes, quapropter revocent sibi in memoriam mellifluam reflexionem Divi Joannis Apostoli: *Deus charitas est et qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo.* Concludit Paulus Apostolus: *Omnia in charitate fiant, charitatem habete, nam haec est vinculum perfectionis.*

9. Saltus aut quascunque malas occasione sive occupationes evitare curent, commemorantes sibi tremendam et horribilem admnitionem: *Momentaneum quod delectat, aeternum quod cruciat.* Recordamini Doctoris gentium: *Neque fornicarii, neque adulteri, neque molles neque concubitores, neque avari, neque ebriosi, regnum Dei possidebunt.* [XXXVI]

10. Non se absentant ab ecclesia absque justa et condigna ratione, qui autem ex clero justam habuerint rationem se absentandi ab ecclesia, adm. rndo commendario anticipative suum exponet negotium. Haec omnia, ut stricto serventur, onero conscientiam adm rndi Switkiewicz commendarii, ne sinat per curam animarum gerentes, minimam ex superius exaratis punctis dispositionis meae, praeternittere partem. Quos omnes ridigissime obsecro, ut debitam admodum reverendo Switkiewicz commendario, vicesgerenti meo, exhibeant reverentiam, quam nomine Pauli Apostoli inculos: *Qui Superioritati resistit, Dei ordinationi*



*resistit, qui autem resistit, damnationem sibi ipsi acquerit.* Quodsi vero commendata asservaverint, coronam gloriae a remuneratore bonorum omnium se sperent recepturos. Actum Radomscii in solita residentia praepositali. Anno Dni 1765 et die 13 mensis Februarii. Joannes Mlicki Praepositus Gnesnensis et Radomscensis.

Wyjęte z wizyty oryginalnej z r. 1765.

## XII

1765

Decretum reformationis pro ecclesia Parochiali Radomscensi, die octava mensis Augusti anno domini 1765 latum.

Primum et caput territorii Radomscensis haec ecclesiae decorata primo in regono metropolitano praelato, suo [XXXVII] pastore, dum laudabilem ejus experitur vigilantiam, et sollicitudinem in notabili reparatione, non parcendo sumptibus post conflagrationem sub anno 1742do subsecutam, in readificatione collapsae residentiae praepositalis, in regimine spitualium rerum, per salutiferas ordinationes pro clero datas, per repetitam aliquoties in anno praesentiam, nulla indiget in suo dignissimo capite reformatione, imo justissimum debetur votum, ut qui exornat pietate, zelo et virtutibus suis praecleris cathedras, in publicis functionibus omni dexteritate patriam, coronetur a Deo longaeva conservatioe vitae pro bono ecclesiarum.

Quantum attinet negligentes in suis obligationibus ac promovendo cultu divino, reverendos altaristas et simul vicarios, qui oblii doctrinae S. Pauli: „*obedite praepositis vestris et subjacete eis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro ministris vestris reddituri*” dispositiones sui perillustris reverendissimi praelati in scripto relictas non observant, vocationi suae in sortem domini non correspondent, admodum reverendum commendarium non audiunt, meliori ordini in domo Dei providendo, ex munere visitatoriali nobis specialiter commisso, sequentia decreta reformationis intimamus, eorumque omnimodam observantiam et executionem indilitatem injungimus.

Reperitur in hac ecclesia in altari parvo imago venerabilis servi Dei Antonii de Radomsko ordinis S. Francisci de Observantia, qui obiit Cracoviae anno 1484 et ibi in ecclesia sui ordinis ad Stradomiam quiescit (cujus corpus necdum sublevatum) ad publicum cultum exposita, ante quam aliquando missae sacrificia celebrantur; qui cultus non debetur juxta sacrorum canonum sanctiones, nisi Beatis ab ecclesia Dei declaratis, proinde amovendam ex altari, radiosque in illa delendos, et in [XXXVIII] pariete ecclesiae in patenti loco affigendam censuimus, declarantes, non licere publice invocare; licere tamen privatim et secreto ad eum, quem sanctum credimus, orationes nostras dirigere.

Reliquiae Sanctorum in thecis ligneis existentes in processione populi parochiani pro festivitate S. Hyacinthi ad ecclesiam Gidlensem uno milliari distantem, practicari quotannis solita, deferri non permittantur, obviando irreverentiae, quae uno anno contigit per lapsum ad terram et conculcatinam sacrorum lipsanorum.

Reverendi vicarii pro strenis in villis post calendas Januarii fieri solitis, patenis amplius non utantur, quae tantum in ecclesiis post celebratum sacrosanctum missae sacrificium, dignioribus nobiles ad osculandum porrigi debent, sed sacram crucem vel pacificale secum deportent ad osculum parochianis, quo tempore a computationibus absterneant, modeste se gerant, ad pietatem. Non ad questum, nec quaerentes quae sua sunt, sed quae Jesu Christi, domos singulorum vident, aliquae exequi studeant, quae salubriter praescribuntur in Epistola Pastoralis Maciejoviana *de visitatione parochorum*, constitutione provinciali recepta et approbata. A computationibus caveant, tabernas et domos propinatorias reverendi vicari non frequentent salutis, vel maxime reverendus Jarzabek, in eis non exerceant, sub paena suspensionis a ministerio altaris, etiam carceris, in casu non emendationis, in quo canonicè moneantur.

Quoniam exacta et diligens ac regularis promotio devotionis multum allicit et exacitat fideles ad pietatem proinde eandem observandam omnino statuimus, sub paenis arbitrariis, ad cujusvis delationem a venerabili officio consistorii Radomscensis extendendis. Missa primaria mensibus Majo, Junio, Augusto, hora quinta, [XXXIX] mensibus vero Septembris, Martio et Aprili, hora sexta, reliquis vero hora septima per reverendos vicarios, observato turno, absolvatur omni die, propter commoditatem iter agentium seu domesticis curis occupatorum; postquam pulsata iterum campana, cursus seu officium parvum de Beata V. Maria distincte, lenta ac sonora voce, per omnes reverendos, non duos vicarios decantabitur, excepto tantum eo, qui ad infirmum discenssuerus est. Post cursum missas absolvent pro placito suo, sed successive, non simul, aut alias obviantes funebrales, vel foundationes devotiones persolvent. Post prandium vespere cursus tempore vernali et aestivali hora tertia cantabunt. Diebus vero dominicis et festivis post missam primariam lectam, praescriptis horis mututina solita praxi persolvetur, post quod sequetur cursus in cantu prout supra, deinde missa secunda lecta, in qua organarius cantabit horas parvas de immaculata conceptione Beate V. Mariae; his finitis, sequetur missa votiva cantata, prout antea practicabatur; deinde singulis dominicis diebus catechisabit reverendus Matheus Kisielewicz. Festivis idem concionabitur per turnum cum reverendo Joanne Kozubczyński; post concionem vel catechismum cantabitur cum populo per reverendum Joannem Jarzabek promotorem confraternitatis scapularis, corona de Beate V. Maria, cujus tempore missae lectae; ultimo missa cantata, seu conventualis pro parochianis vivis et defunctis, omnino secundum decreta S-ae Sedis applicanda. Post prandium hora competenti cantabitur corona S-ae Annae, patronae magnae, quae mater genitricis Dei effici meruit, ratione confraternitatis per altaristam ejusdem, ea finita, vespere cursus cantabuntur, deinde vespere festi terminabunt celebritatem. Non sit ergo molestum clero hujus ecclesiae servire Deo, cujus jugum suave et onus leve [XL] ac meminerint verborum Salvatoris: *Qui perseveraverit in finem, salvus erit.*

Promotio confraternitatum videlicet Scapularis, S-ae Annae et SS. Angelorum custodum secundum praescriptum earundem serio recomemendatur reverendis altaristis, quae a multo tempore intermissa; a quo sument saeculares exemplum ad cultum sanctorum, si spituales erunt pigri et tepidi?

Etiam diebus sabbatis cantetur missa de Beata V. Maria ex votivis de tempore.

Circa sacrum Eucharistiae Sacramentum servetur deinceps sacrae Rituum Congregationis decretum, quod est ejusmodi: *Renovatio Ssmi Sacramenti fieri debet qualibet dominica, non autem differri ad quindecim dies.* (S. Rit. Congreg. 5ta Aprilis 1753). Ad quem effectum etiam attendat admodum reverendus commendarius pro tempore existens, ut materia panis apta, qualibet septimana nova substituatur ad conservationem.

Perillustis reverendissimus dominus praelatus pastor loci, annuendo desideriis sui cleri reverendorum altaristarum ecclesiae suae inservientium, consulendoque conscientiae ipsorum, dignabitur ex pietate procurare a celsissimo et reverendissimo principe domino loci orinario reductionem missarum fundationalium, quae forte non absolventur secundum erectiones suorum altarium, ob nimiam diminutionem proventuum dicuntque esse insuperabiles et privata voluntate se resolvunt, implicant suas conscientias et fundatores defraudant.

Committimus etiam admodum reverendo commendario moderno et pro tempore existenti, quatenus apparatus universamque supellectilem ecclesiasticam attritiam reintegret, expositamque liberae aerae bis in anno ex [XLI] bumiditate et putore exsiccari faciat, nimisque laceram usui non exponat, sed si est reparabilis refici curet. Item argentariam vasorum sacrorum reparari et expurgari faciat.

Librorum ecclesiae quorum inventarium est confectum in praesenti visitatione, accuratorem custodiam habeant singuli reverendi vicarii, eos a tinesi excutiendo, ne deterius

corrumpentur, nam nimisi sunt corrosi, legendo, pervolvendo, ob vitandum otium ac acquirendam scientiam taliter ventilabuntur, neque dicetur eis: *salvete libri sine lectore*.

Idem reverendi vicarii librum compactum procurent, in eoque quilibet illorum, erectiones, fundationes, privilegia, agros, prata, hortos, census suorum altarium, confraternitatum, bono et legibili caractere ex authenticis documentis inscribant, statum modernum specificient, an omnia in possessione habeant vel non? expriment. Inscriptiones censuum, legata in agris, areis, ex actis civitatis requirant. Haec omnia erunt pernecessaria pro commisione regali, quae speratur in hoc capiatneatu Radomscensi ac pro futura Deo dante reductione obligationum. Facturi sunt praemissa in spatio trium mensium.

Reverendus Adalbertus Wołoszewicz altarista Ssmi Corporis Christi deperdium vasculum argenteum adhuc cum sacro oleo infirmorum, quod invenire nequivit, taliterque irreverentiam rei sacrae et damnum ecclesiae causavit, aliud aequivalens comparare studeat. Idem privata autoritate cum praejudicio fundationis summas binas, unam 50 flor. pol ad altare Sti Christophori M. spectantem, in area, et domo in oppido Radomsko locatam, a famato Sebastiano Gołębiowski levavit et de ea feria 6-ta post festum S. Lucae 1557mo quietavit. Alteram [XLII] a famato Mirowski Notario oppidi idem recepit; proinde summam 100 flor. pol. efficientem ad manus admodum reverendi commendarii in spatio sex septimanarum deponat et enumerat, sub paena sequestrationis proventuum. Idem quoniam cum publico scandalo et dedecore status spiritualis, perditioneque animae suae, pessimam conversationem cum Francisca Popławska non vult deserere, iudicatus multoties et monitus existens, proinde eum pro paenis condignis ad reverendissimum iudicium ordinarium remittimus, nihilominus ut tantisper convertatur, appareatque disciplina ecclesiastica, pro recollectionibus decem dierum, ad partes ordinis praedicatorum, in conventu Gidlensi absolvendis destinatur, in spatio unius septimanae et de rite ac fructose persolutis testimonium admodum reverendo commendario monstrabit, illeque officio consistoriali remittet.

Reverendi vero Joannes Jarzabek et Andreas Siudziński, salvis absolvendis recollectionibus approbati per illustrem iudicem surrogatum ad excipiendas confessiones, hucusque non expleverunt, proinde ad correctionem et acquirendum spiritum ecclesiasticum, eosdem apud patres missionarios Soc. Jesu Konicpolienses per triginta continuos dies fructose absolvent et de expletis sub paena suspensionis spatio viginti dierum testimonia officio consistoriali monstrabunt.

Absens reverendi vicarii a decantatione cursus Beate V. Mariae (nisi sint legitime impediti) carere debebunt portione eos concernente, pro ratha omissionis, quam absentes connotabunt, cujus rei attendentim admodum reverendus commendarius habebit.

Documenta ecclesiae plurima putrefacta, lacerata reperiuntur et aliqua deperdita sunt, proinde meliorem conservationem eorundem commendamus, decernentes: [XLIII] ut in residentis ob periculum ignis non detineantur, sed in sacrario occulsa existant.

Dum vocantur ad infirmos reverendi vicarii, emissarios non increpent, verbis laesivis non officiant, sed se alacres et promptos in charitate praebeant, sine omni mora pergendo et diligenter sacramenta administrando, in viamque aeternitatis, cum zelo salutis animarum rite dispensando, in omnibus praebeant se exemplum bonorum operum eis.

Obviando pravis consuetudinibus et inconvenientiis, observantiaeque in futurum providendo, decernimus et praecipimus ut semel in septimana aliquo die ad hoc electo admodum reverendus commendarius pro tempore existens, habeat congressum seu sessionem cum reverendis vicariis, eosque de negligentibus, defectibus, ebrietatibus (si quae contigerint) admoneat, corrigat paterne et fraterne, ut in commissis se mutuo deterreant; epistolam pastorem celsissimi principis domini locis ordinarii praeclaram doctrinam legant et praesens decretum, de negotiis ecclesiae occurrentibus conferant et consulant, ac aliquos casus ex

teheologia morali proponant, saltem unam horam ad minimum huic conferentiae daturi, sub paena trium marcarum in absentes, hospitali ad ecclesiam parochialem sito assignanda.

Admodum reverendus Bernacki Praebendarius capellae distinctae ab ecclesia in Radomsko, tituli Sae Mariae Magdalenae<sup>9</sup>, licet jam visitatus est per illustrissimum dominum Archidiaconum Uniejoviensem ante duos annos, tamen nulla correctio morum in eo subsecuta, quoniam a continuis comotationibus, deambulationibus per vicos et plateas oppidi Radomsko non desistit, inhoneste cum dedecore status spirtualis incedit, jura ecclesiae amissa per extractum desumi non procurat, [XLIV] sicque cum damno succedanorum praebaendariorum tuetur manualibus de oppido informationibus desumptis pro formali jure suae prebendae, adeoque ut his omnibus se emendet, jura et documenta extrahi procuret, sub poenis arbitrariis per officium ordinarium aut consistoriale Radomscense extendendis, in spatio sex mensium rigorissime demandamus.

Caeteraque omnia et singula ad cultum divinum exactissime promovendum, amorem Dei et charitatem proximi, mutuam inter clerum observantiam, et praecipue perillustris reverendissimi domini praelati ac in loco ejus designati commendarii debitam reverentiam, necessaria accuratissime exequi decernimus. In quorum fidem etc. Datum in Radomsko anno et die quibus supra.

Wyjęte z wizyty z 1765 r.

### XIII

1781

Antonius Casimirus de Ostrow Ostrowski Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus, Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Primas, primusque Princeps, abbas commendarius Tynecensis, Ordinis Aquilae Albae eques.

Dilectis Nobis in Christo laboriosis Paulo Borowiak et Margarethae Wolsycyanka parochianis Radomscensibus Archi-dioecesis Gnesnensis salutem in Deo. Expositum Nobis est ex parte vestri, qualiter vos sanctum ma[XLV]trimonium inter se contrahere intendatis, verum quia quarto affinitatis gradu inter se detinemini, proinde fuit Nobis humiliter supplicatum, quatenus vobis de opportuno juris remedio providere et super praefato impedimento canonico gratiose dispensare dignaremur. Nos supplicationibus hujusmodi benigne inclinati, paterne providentes, autoritate Apostolica hac in parte Nobis ad quinquennium sub dato Romae die 17 mensis Julii anno 1777 delegata, sub tenore tali: dispensandi in tertio et quarto simplici et mixto tantum cum pauperibus in contrahendis, dummodo sponsa rapta non fuerit et si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat; vobiscum tanquam cum pauperibus catholicis, victum labore manuum quaerentibus, super praedicto impedimento canonico quarti gradus affinitatis gratiose praesentibus dispensamus prolemque ex vobis suscipiendam legitimam declaramus. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas et sigillo Nostro communitas dedimus Skiernievicijs die tertia mensis Novembris 1781.

Antonius Archi-Epps. (L. S.)

Z oryginału zachowanego w aktach kościoła

### XIV

1789

Michael Georgius Ciołek Princeps Poniatowski Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis, legatus natus, Primas Regni Poloniae et M. D. Litth. [XLVI] Primusque princeps, administrator Cracoviensis, Abbas commendarius Cerviensis et Tynecensis, Ordinis Aquilae Albae et S. Stanislai Eques.

<sup>9</sup> Na temat dziejów kościoła św. Marii Magdaleny zob. T. A. Nowak, Z dziejów kościoła pod wezwaniem św. Marii Magdaleny w Radomsku, „Częstochowskie Studia Teologiczne”, t. XXXIII, 2005, s. 101-119.

Admodum reverendis, reverendis, venerabilibus honorandisque viris, praepositis, parochis, commendariis, vicariis perpetuis et manualibus, altaristas, psalteristis, mansionariis, parebendariis ecclesiarum quarumvis caeterisque praebiteris quibuscumque clericis, scholigeris aliisque legitimis executoribus tenore praesentium requirendis, salutem in Domino. Noveritis quia Nos ad praebendam tituli Sae Mariae Magdalenae in civitate Radomsko a certo tempore vacantem, admodum reverendum Maximilianum Lissowski in Oleszno commendatarium per illustrissimum et reverendissimum Augustinum Saryusz Kozierowski Episcopum Adratensem, Canonicum metropolitanum Gnesnensem, Mstovensem, Radomscensem praepositum, ordinis Scti Stanislai Equitem, uti dictae praebendae vacantis legitimum patronum, praesentatum, mediante decreto iudicii Nostri die hodierno lato, instituendum ac investiendum esse duximus, uti quidem recepto ab ipsius mandatario juxta praescriptum Scti Concilii Tridentini, bullae Pii IV et constitutionis provincialis super catholicae fidei professione, tum quoque de obedientia et reverentia Nobis ac succedaneis Nostris Sedique ordinariae Gnesnensi praestanda, deque non alienandis dictae praebendae bonis, quinimo alienantis pro posse recuperandis solito corporali juramento, per manus Nostras capiti mandatarii illius impositionem, institutum ac investimus per parentes, curam, administrationem spiritualium ac regimen temporalium rerum ejusdem praebendae in Radomsko ipsi commitendo. Quocirca vobis executoribus suprascriptis in virtute sancatae obedientiae et sub excommunicationis poena mandamus, quatenus [XLVII] dum et postquam pro parte memorati instituti Nostri requisiti fueritis seu alter vestrum requisitus fuerit, ipsum in et ad realem, actualem et corporalem praefatae praebendae in Radomsko vacantis ipsiusque jurium et pertinentiarum possessionem inducatis, ponatis et recipiatis, sive alter vestrum inducat, ponat et recipiat. Statum ejusdem praebendae simulque inventarium omnis suppellectilis tam ecclesiae quam praebendariis connotetis, conficiatis et conscribatis, seu alter vestrum connotet, conficiat et conscribat, quorum unum exemplar circa praebendam relinquatis, alterum ad Nos Officiumque Nostrum remittatis remittique faciat; facientes ipsi de omnibus et singulis illius fructibus, proventibus, censibus, decimis, utilitatibus, emolumentis, attinentiis et pertinentiis universis per eos, ad quos de jure spectat et pertinet, plenarie et integre respondatis et vos ipsi, quantum in vobis est, respondeatis, sive alter vestrum respondeat. In quorum fidem etc. Datum Lovicii die lunae 28 mensis Septembris anno 1789.

*J.Ph. Rybiński (L.S.) Surrog. m.p. (L.S.)*

Fecit professionem fidei et juravit per mandatrium. Ita est:

*J. C. Głowacki, Notarius*

Z oryginału zachowanego w archiwum kościoła